



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Digressio IX. De Voto Conversionis Morum per mortificationem
inordinatorum appetuum animi, & exteriorum sensuum corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

DIGRESSIO IX.

*De Voto Conversionis Morum
per mortificationem inordinatorum ap-
petuum animi, & exteriorum sen-
sum Corporis.*

THEOPHOBVS.

(I.)

Difficillimas, scabrosas & pœnosas
Viæ Purgatiuæ semitas hoc qua-
driduo emensi estis, restat adhuc una
fatis spinosa & pungitiua, donec ad Ro-
sas virtutum in Illuminativâ propè Eliæ
Tabernaculum pertingamus. Exspolia-
tio veteris hominis (ô quantæ molis
opus!) morumque Conversio (ô quàm
acutis pungitiua spinis!) est aggredi-
enda: quæ *Conversio*, cum ex sua etymo-
logia sit *Cordis versio*, pro triplici sensu
sumitur, videlicet pro *Conversione menta-
li*. (Bern. Card. & Abb. Cassini in Spec. Mo-
nach. p. 1. c. 7.) per inordinatorum ap-
petuum, ac animi exorbitantium de-
sideriorum circa res mundanas, oppres-
sionem, aut correctionem. Pro *Verbali
in ore*, per linguæ refrenationem: &
pro *Exemplari in Opere*, per aliorum sen-
sum exteriorum mortificationem. De

Morum
conversio
quid sit.

N 3

quis

quibus nos in præfenti. Et primo
dem circa *Mentalem* cum amante
meo Philotheo discurrem; inde
cum Monophilo sermocinaturus.

Clerici be-
neficiorum
Ecclesiastic
appetentes.

II. Inter omnes, quibus diver
mani generis status afficiuntur, im
natos appetitus, ac desideria, præ
facerrimus Clericalis status eâ po
mum laborare cupiditate, qua
præcipitanter Sacerdotij officia amb
beneficia, non discutiendo, pro
mâ rei importantiâ, quid, quam
quo fine, quâ virium sufficienti
qualitatum suarum habilitate tam
am, ipsisque etiam Angelicis hæc
formidandam appetant provinciam

Prima cor.
quæstio de
summa red-
dituum.

Petr. Bles.
epist. n. 15.
S. Bern. ep.
ad Henr.
Senon.

Sed age Philothee, modernâ
cursus expertissime, dic, oblecto
nam ex causâ hodie inter Clericos
ma sit quæstio, de summâ reddituum
vel alterius beneficii? aut quo ex fin
ritur passim in Clero, ab omni ætate
dine à doctis pariter & indoctis ad Em
sticis Curas & præbendarum digni

PHILOTH. Credo equidem
tales Candidati pensantes proventus
summam ex unâ, & onerum officio
nexorum gravitatem ex alterâ parte
vidè deliberent, an tanto ponderen

endo vel redditus, vel ipsimet Competitores sint pares?

THEOPH. Prudenter factum.

Idiotæ, ignavi se intrudentes in curas animar.
S. Hier. ep. 4. ad Rufic.

At quid si sæpenumerò etiam in gravissimas Curas quoquomodo se intrudent idiotæ, ignari, ignavi, vecordes, cupientes esse Magistri ad docendum, priusquam fuerint Discipuli habiles ad discendum; his maximè temporibus, quo juniores Clerici sacram tunicam induti, studijs se abdicant, otia & evagationes sectantur, & fortè sæpius libellos fabulosos, luforios, aut amatorios manibus terunt, quàm Divinæ Scripturæ, Evangeliorum & Canonum Codices?

III. PHLOTH. De doctis & mul-

Intentio bona aspirandi ad tales curas.
Conc. Tol. 4. cap. 25.

tâ scientiâ instructis loquor, non de idiotis & ineptis: illi enim affectant promoveri, ut alios instruant & adificent tam fidei scientiâ, quàm operum disciplinâ.

THEOPH. Sancta plenè intentio.

Doctrinæ conveniat vira.
S. Isido. l. 3. sent. c. 37.

At quid juvat bene docere & instante scientiâ arroganter & malè vivere? quod valdè metuo, ne multoties fiat, ut more cereorum Parochi lucem alijs doctrinæ præstent, se verò in malis sive consumant & extinguant: Bene docendo instruitur quidem populus, quomodo debeat bene vivere, at bene docendo & malè vivendo in-

Auct. op. imperf. in Matth. ho. 43.

do instruitur Deus, quomodo talem Deum
rem debeat condemnare.

Officium
Parochi,

PHILOTH. Quamplures alibi
bè & laudabiliter viventes aspirant
beneficia curata, ut curam gerant
tis animarum, aberrantes quarant
culas, devias reducant, morbidas san-
famelicis pascant, & periclitantes an-
ribus luporum tueantur. An non
summæ laudis, & meriti ingentis?

Parochi ne-
gligentes.

THEO H. Divinum opus
lorum præconio dignum; cælesti
præmiandum. Sed quid si vel talem
dilecti paulatim incrassati, impingunt
& dilatati incipiant recalcitrare,
rata officia sine curâ negligere,
toris animarum ministerium in tur-
divitiarum quæstum vertere? non
sed boves, non Christum sed filios
sed commoda temporalia, carnis
cebras, quærere (utinam non &
chum & individuum ejus sociam
rem sectari) multasque suarum
cularum non reducendo, sed seductis
venundatas Orco victimas litare?
pro cautelâ & animi tremore dico
qui stat, videat, ne cadat.

S. Bern.
epist. 89.

Canonici
officium.

IV. PHILOTH. Propter
ti animarum Curas ambire formidant
ad simplices, vel Canonicales præ-
das aspirant, ut oneribus, periculis

risque aliorum soluti, Deo fideliter ser-
vire, soli suæ salutis invigilare, Sancto-
rum Angelorum consortio & ministerio psal-
lendo, & sacrificando fungi valeant.
Ab his crediderim, alienam esse omnem
inordinatam in prensandis ex ejusmodi
sine præbendis cupiditatem.

THEOPH. Divinè judicas; & Inconstan-
tia in bono
ego tales, quotquot sunt, non homines,
sed Angelos dixerò terrestres, & lau-
do: veruntamen in hoc laudo, si qui
vel à pristino pietatis fervore declinan-
tes per invisum Deo otium & socordi-
am, ex terrestribus Angelis degene-
rarent in homines animales aut ter-
renos, In hoc non laudo, si qui siti-
rent & biberent mortiferas voluptates, qui-
bus pars Calicis, Dominus est; si qui per
nimitiam mundanorum & Laicorum fa-
miliaritatem conversarentur in trivijs,
tonstrinis, aut popinis *in medio populi*
polluta labia habentis suam Angelico-Sa-
cerdotalem auctoritatem prostituendo. Isa. c. 6. 5.
Laicis ni-
mis fami-
liares,
Demum minimè in hoc laudo, si qui
reperirentur, quoscunque inter Eccle-
siasticos, non nisi aqualiculo suo curan-
do & saginando intenti, vel cursim per-
actis Ecclesiæ ac obligationis suæ mu-
neribus, totum reliquum tempus com-
burentes, in vagando & excurrando
ad locios, collegas, confabulatores, col-

Otiosè ve-
gantes.

collusores & combibones. De quibus illud vetus adagium: *Manè psalterium, meridie convivium, vespere tripudium, nocte pudium.* Tales, si qui forent, præ omnibus conversionis remedio, ac totali cordis & morum versione indigerent. Quorum terùm timeant, veloces & horrent æternæ maledictionis pœnas incursum.

Sensualis
libertas &
vitæ Regu-
laris laxi-
tas.

Scherlog.
no. 3.

Rigor vitæ
Religiøsæ.

V. Ad MONOPHILVM meum revertor, quem ante omnia votis omnibus desiderarem, ut innatam illam diabolicam naturæ nimis inolitam facili ac sensualis libertatis & laxitatis cupiditatem, in annis sui Tyrocinii professionis emissionem, ita funditus excisum iret, ne postea repullulans omnem veræ Religionis ac Religiositatis tum suffocaret. Nimiã enim prædixi experientiã compertum est, quam nocivus exitialis ac pestifer hominibus religioso laxitatis ejusmodi pruritus.

MONPH. At gravis est ardua Religionis restrictio & humanis sensibus iniqua, non posse aeris libertate gaudere nunquam domo pedem efferre, aut certè nisi ex Præsulis arbitrio; non contempnere sæculi voluptates, non interesse publicis præcipue, non dulcibus amicorum, aut ecclesiarum conversationibus. Conditio nimis dura, aerem non habere nisi ad spirandum, terram non nisi ad seipsum

intumulandum, imò sole non frui, nisi quantum sufficit ad discernendum diem à nocte. Videtur ergo arcus non nimis intendendus, ne rumpatur, vires non atterendæ & enervandæ, sed relaxandæ, ac genio, licentijs, & libertati quandòque uberiùs indulgendum, præsertim in juventute, dum vegetior sanguis ebullit; veniet tempus, quo lubebit esse Lycurgos, & Catones.

Appetitus laxitatis in juvenibus.

VI. THEOPH. Perbellè agis libertinorum Advocatum, cum alioqui te sciam, omnis in Religioso laxitatis esse osorem. Sit ergo Religioso concessa arbitrij sui ac vitæ libertas; ecquid hæc erit, nisi piscem ex aquâ extrahere, ut moriatur; plenis carbasis è portu evehit in altitudinem maris, ut præsentissimum naufragium sequatur? Quid erit nisi libertas effrenis hinnuli, ut quà datâ portâ ruendo præcipitetur; vel libertas febribus æstuanti concessa, ut ad gustum suum aquam, aut vinum bibendo mortem hauriat? Memineris Noëum Patriarcham ex Arcâ præservatrice, columbam emisisse & corvum, illam autem ne suum candorem foris contaminaret, postliminiò in Arcam rediisse; corvum verò patrono suo ingratum, putidæ libertatis amatorem, cadaverum carnibus allectum, fœdisque illis ille-

Damnosa Regularibus libertas.

Columba & corvus ex arcâ dimissi.

S. Ambros.
ad virg.
deu. c. 2.

Sunt Reli-
giosorum
symbola.

Laxitas
quorun-
dam.

illecebris inescatum emanasse. Noe comparavit Monasteria S. Ambrosius, in quâ omnes professi à fluxibus & communi diluvio salvi evadunt. Emittit Prælatus aliquem benenum, & disciplinæ Religiosæ amantem, pro quadam administratione extra claustrum nobium obeundâ. Et ecce columbinoris studiosam, solitudinis zelantem exactæ regularum & assuetæ disciplinæ observatricem, omnem mundi libertatis saporem fastidientem, dumque in mundo aspernantem, mittit alium eodem ex fine; & hunc librum super libertate suâ crocitantem omnem paulatim Monasticæ vitæ regimen & exercitia fastidientem ac negligentem, licentijs, dispensationibus, gationibus, lautioribus cibus, detrahebat tiori massico, mollioribus plumis, tractiori somno, inhiantem, & ad plenam satietatem fruentem, mitti à suæ professionis, morumque reversionis Voto extra sui Monasterii ta, solutus foret & penitus excludi proinde, & omnibus etiam intra claustra immoderatas, ac Religiosis indignas licentias, dispensationes libertates & laxitates ambientibus non raro ab invitis Superioribus

torquentibus quid aliud Monophile
(ni serio convertantur) imminebit,
quam infelicissima mors; & projectio
ligatis manibus & pedibus in tenebras
exteriores.

VII. Horrendū & omnibus Religiosis
ad tales licentiores vitæ laxitates pruri-
entibus metuendum exemplū reperitur
in vita S. Elphegi de Ordine S. P. Be-
nedicti; & pariter Cantuariensis Ar-
chiepiscopi, qui, cum vidisset in uberrimā
legete plurimorum bonorum Re-
ligiosorum sui Cœnobij, etiam non mo-
dica succrescere lolia fratrum, exoticam
quandam per cibos furtivos, aut abs-
que licentia emptos, vel procuratos, per
haustus extraordinarios, conventicula
& garrulitates clandestinas &c. frequen-
ter salubri eos exhortatione corripuit,
ut quid Voto conversionis motum
adstricti, mores Religiosos in dissolu-
tos perverterent? si os, inquebat vir
sanctus, quod mentitur, occidit ani-
mam, quanto magis occidet habitus,
Monachum mentiens sub moribus mun-
danis & profanis. Quare aut desinant
apparere & simulare, quod per vitam
esse nolunt; aut sint in facto, quod ha-
bitu simulant se esse.

VIII. Hæ tam paternæ correptiones
apud prædictos licentiosos jam indu-
ratos

S. Elphegus
Abb corripit
laxitatis
amatores.

Subfanna-
tur à disco-
lis.

Auctor la-
xitatis à da-
monib. ab-
ripitur.

ratos, uno præsertim magis dilco-
coriphæum & libertatis assertorem age-
te, non nisi crabrones in caput op-
Præfulis irritare, suscitare murmurati-
nes, irrisiones & subsannationes:
non impunè, pro dolor: subitanè
quidem morte extinctus Auctor, cu-
horrendo ejulatu, ab accurrente Ab-
te visus est à tartareis Æthiopicis,
nitit serpentibus flagellari, laniari,
cerpi, & abripi. Illius cadavere
quam ampliùs apparente, factòque
Abbate cæteris recensito, omnes pæ-
cere, trepidare, & complices in
em prosterni, culpas suas fateri,
cum lacrymis pœnitentias emendan-
ni proficuas subire. Talem sortitur
tastrophem, irreligiosa, sensualis lib-
tatis affectio, & malefana Voti con-
sionis morum violatio.

IX. MONOPH. Terribilem
sum! cui non absimilem in Actis Be-
Bernardi Abbatis Tironiensis legentem
jam extunc proposui, ut, qui me-
dum ejuravi, nunquam deinceps in-
danas libertates in Monasterium, aut
res meos reducam.

THEOPH. Expediamus etiam
alias conversiones, verbalem in ore,
exemplarem in sensibus, & quidem in-
solummodò ocularem, seu oculorum

brevitatis, majorisque præ aliorum sensuum custodia necessitatis gratiâ. Prima itaque *verbalis in ore* sita est in observatione silentij Monastici, quoad Religiosos, & recto moderamine linguæ, quoad cæteros omnes: de quo agens Sanctissimus Pater Benedictus, non solum verba scurrilia vetuit, sed illa æternâ clausurâ in omnibus locis damnando, voluit non unius diei, sed æternitate temporis apponere mensuram, nec uno in loco, sed in omnibus mirabilem dare clausuram; uti exponit Bernardus Cardinalis, & Abbas. Imò, quod plus est, tantam oris custodiam adhibendam esse, vir Sanctus præcepit, ut etiam de bonis & sanctis ad ædificationem eloquijs propter taciturnitatis gravitatem interdum taceri, ac etiam perfectis discipulis raram loquendi licentiam concedi debere mandaverit. Vnde passim in Regulis jubebat: (*cum mors & vita sit in manibus linguæ*) prohibere linguam suam à malo: os à malo, & pravo eloquio custodire: multum loqui non amare: verba vana, aut risui apta non loqui: ad tale eloquium discipulum os aperire, non permittere: taciturnitatem habendo usque ad interrogationem non loqui: cum loquendum, leniter, & sine risu, humiliter cum gravitate, vel pauca verba, & non nisi rationalia loqui. De reliquo omnitem-

Custodia linguæ à S. Bened. commendata.

Bern. Cardinalis loc. cit.

Reg. c. 6.

In prolo. Regul. c. 4. Reg. Instr. 52. 53. 54.

cap. 6.

c. 7. gr. 11.

cap. 42.

tem-

tempore silentio debere studere Monachorum

Mala lin-
guar.

Quid clarius? quid possit man-
exactius? & non immerito; siquis

Iacob. c. 3.
v. 6.

lingua cum sit universitas iniquitatum
torumque officina malorum, ut

Eccles. c.
28. 25.

potius infernus, quam illa, certe
putat Religiosum, aut probum Sacerdotem

Iac. 1. 27.

esse, non refrenans linguam suam, sed
cor suum, hujus vana est Religio, & cer-

tita probitas. Vnde operæ pretium

cere veteres quondam Ascetæ, plurimum

rum annorum labores, & curas im-

dendo, ut qui suo nutu leones, &

pardos, ac lupos cicurant, etiam

S. Paul. E-
remita si-
lentij stu-
diosus.

loquacitatem compescere possent.

qui undequinquaginta annis studium

soli versiculo practicè discendo

Paulus
Ægypt. Ps.
38 1.

custodiam vias meas, ut non delinquam
lingua mea. Alij Religiosissimi Patres

Lex silentij
apud vete-
res rigorosa.

silentij observantiam, post vota

præcipua lege tanto cum rigore

runt, ut, qui illud per paucissima

verba, ac vix intelligibili voce

prævaricatus fuisset, proclamata

pitulo culpâ, detractisque à dorso

bus prostratus in terram acri disci-

vapularer.

B. Suso ar-
ctus silentij
Custos.

X. Vbi modò tales Sanctissimi

nobitæ? Vbi Susones Dominicani

per internam pacem silentium

annos, nunquam nisi semel com-

Patribus in navi, ad mensam infringen-
do. Vbi Andrea Corsini Carmelirani,
ob linguæ, & reliquorum sensuum accu-
ratam custodiam muti, surdi & cæci cog-
nomina gloriosa sortiti. Vbi Humberti
Benedictini, in quibus nullus, tametsi cu-
riosissimus observator, vel unicus ver-
buli otiosi loquacitatem animadvertit.
Prodeat etiam piissimus ille juvenis Frä-
ter Rudolphus cognomento *Tacens*,
qui sexdecim continuos annos cum nul-
lo hominum locutus; orto in monaste-
rio suo gravi incendio omnia depascen-
te, post desperatam quamcunque ex-
tinguendi industriam, mutæ linguæ
vinculum his verbis exolvit: *Stes ignis in
hac hora: divinoque miraculo assuetæ
taciturnitatis meritum approbante Deo,
savientem ignem compescuit. Potuit
ergo tam longo tempore prædictus uj-
venis Rudolphus; potuere præfati Reli-
giosi, alijque innumeri suis linguis fre-
num ponere; imò potuit S. Benno Epis-
copus & Abbas coaxantibus ranis, &
Franciscus de Fabriano Ord. Min. gar-
rientibus hirundinibus; & orationem eo-
rum disturbantibus silentium sub obe-
dientia imperare, ut mox tacerent, non
possint Beatissimi Benedicti, aliorum-
que Sanctissimorum Fundatorum Regu-
la, prohibitis saltem temporibus &
lo-*

Polland.
ad 25. Jan.
nuar. in
Vit. n. 32.
Sic Andr.
Corsin. Car-
melit. mu-
tus cogno-
minatus.
Poll. ad 30.
Jan. n. 23.
Sic Humi-
bertus.
Rudolphus
Tacens no-
minatus in-
cendium
verbò ex-
tinguit.

S. Benno
ranis silen-
tium impo-
nit.
Francisc. de
Fabria. hi-
rundines ta-
cendo obe-
diunt.
Polland.
22. Apr.
n. 39.

locis quorundam Religiosorum
 à vaniloquijs & garrulitatibus
 O tempora! ô calamitas!

XI. Sed ut etiam ad nonnullos
 de sui oris incurios & inconsideratos
 Clericos, aut Sacerdotes stylium
 veritatem, non possit illa forma
 Christi sententia *de omni verbo*
 superius expensa illorum male-
 tas, effrenes ac licentiosas lingua-
 tantum compescere, ut aliquando
 tuant, eadem in scandalosa, &
 ingemiscens loquor, in perniciosa
 turpiloquia resolvere: sequere in
 & honestis convivijis, confessio-
 aut conventibus, quâ inconditis
 ribus, quâ eructatis ex turgente
 cho altissimis cachinnis, quâ cen-
 vialibus fabrorum proverbijis, &
 tatis complementum, pro Alphabeta
 mega constituere? O mi bone!
 ricus es, quid tibi cum fratribus
 si Sacerdos es, quid tibi cum p
 bus, quas vocas, vexationibus
 terræ es, ecquid tibi cum laicis
 bus? Per Deum immortalem
 gitabunt de te ita garriente
 nisi quodd ex abundantia cordis
 um loquatur? quid inter sese
 S. Antonij sitabunt, nisi (quod magni An-
 dictum bat, apophthegma fuit) noliti
 contra tales

vel Clerici istius, cor non habet januam,
quicumque vult, irrat in stabulum, & sol-
vit asinum. Hæc satis ad correctionem,
sicubi opus fuerit.

XII. Nunc ad tertiam morum Con-
versionis speciem, quæ est Exemplaris
in Opere, assiduæ scilicet mortificatio-
nis sensuum (maximè) oculorum, pro-
cedamus. Et quidem ad illos ubivis lo-
corum debite coercendos ita S. Bened.
Regulæ monent: *Duodecimus humilitatis* Regul. c.
gradus est, si non solum corde Monachus, 7. gr. 12.
sed etiam corpore, humilitatem se videntibus
semper indicet &c. vel ubicunque sedens,
ambulans, vel stans &c. sit defixis in ter-
ram aspectibus. Quod admirando suo
moderaminis oculorum exemplo, om-
ni posteritati pro documento reliquit
Alphonsus Rodericus è Societ. Iesu. Is Alphon.
quadraginta annorum spatio Ianitorem Rodriq. ar-
agens, nunquam in alicujus fœminæ ocu- ctus ocu-
lor. Custos.
laturum oculos fixit, ut illam de facie
nosset. Contigit, ut cujusdam Patris
comes, per urbem Majoricam deam-
bulans, indeliberato naturæ impetu,
sublatis in altum oculis, mulierem de
fenestra prospicientem conspexisset;
unde quantumvis derepentè oculis aver-
sis pœnitens de subreptitio errore se-
verè in se animadvertisset, ipsi tamen à
Beatissima Virgine defectus iste in vi-
sio.

O 1

sio.

Arguitur à
B. Virg. de
fortuito a-
spectu fœ-
minæ.

sione nocturna hisce verbis im-
 ratus est: Quando incedis per viam
 magis oculos attollas; quam sit necesse
 videndum, ubi pedes figas. Ad neutrum
 convertas oculos, nec caput attollas,
 hodie fecisti, quando vidisti mulierem.
 verba dignissima! ut non in palpe-
 rantum exterioribus cujuscunque
 ronis, & Professi, sed in intimis
 que pupillis oculorum inscribantur.

XII. Inscriptis hanc legem
 stō continentissimus Hugo Abba-
 niacensis, qui refertur per spatium
 annorum sui Episcopatus admini-
 unam solam mulierem ita aspectu
 eam de facie nosset, si occurreret.
 mile fœdus cum oculis suis pepigi-
 primæva innocentia vir Seraphi-
 monte Granario, qui, licet adeo ab-
 ni impurâ cogitatione, motuque
 li in carne immunis esset, ut nullus
 quam pudicitia hostem sentiret,
 tamen unquam mulieris vultum
 batur. Satius & sanctius hunc Ser-
 cum Patrem imitatus fuisset
 Capucinorum Ordinis confors
 lippus, qui immodicæ curiositati
 ciendi quandam virginem speciosa
 dulgens, ad omnes portarum Mon-
 rij ac templi januas & rimas accur-
 ut ejusdem visu potiretur, loco

Hugo Clu-
 niac mirus
 oculor. Cu-
 stos.

Polland. in
 Vit. ad 1.
 Apr. n. 15.

Sic Seraphi-
 nus Ord.
 Minor, S.
 Francisci
 Capucin.

Bover. ad
 ann. 1604.
 n. 37.

Curiositas
 oculor. pu-
 nita.

formosæ vidit terribissimi dæmonis speciem. Vidit, exhorruit, intremuit, dolensque pœnituit.

XIII. Cum duobus raris & admirandis oculorum custodiæ exemplis

hanc Digressionem absolvo. Innocentio II. Pontifice Max. Monasterium Clavallense sub S. Bernardo Abbate, cum

multa Episcoporum catervâ visitante, ista narrantur. *Flebant Episcopi, flebat ipse summus Pontifex; mirabantur Congregationis illius gravitatem, quòd in tam solemni gaudio oculi omnium humi defixi*

usquam vagabundâ curiositate circumferrentur, sed circumplosis palpebris ipsi neminem viderent, & ab omnibus viderentur. Alterum de Conventualibus ad

S. Gallum Benedictino-Helvetæ Congregationis Primatibus factum quoddam aureo dignum caractere, in hæc verba scriptum legitur. Otto Magnus Imp. in-

visens aliquando cum Brunone Archiepiscopo Coloniensi ad idem Archisterium, mox in Chorum se contulit; cuius in medio, Fratribus hinc inde ad latera ordinatè consistentibus, oculos in omnes circumversans, ut probaret, si etiamnum illa, quam ante noverat, disciplina vigeret, datâ operâ baculum è dextra in terrâ labi permisit. Quo quantumcyûs à Canone Duce, & Genero suo

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

ac-

Bzov. ad
annum
1131.

Monachi S.
Bernardi o-
culor. con-
tinentissi-
mi.

Otto Imp.
probat cu-
stodiam o-
culor. in
Monachis.

accurrente sublato ac restituto: Et
 inquebat Cæsar, disciplinam horum
 tu forsitan auditu nôsti; baculum mibi
 dare sivi, nulliusque illorum caput, an-
 los ad hoc motos vidi: dic ergo Albi
 mea, & filio versutiam, quam feci. O
 lia hæc sæcula! quàm felicia, quam
 rea; & utinam à modernis moribus
 non tantopere, apud nonnullos
 æquo oculis suis indulgentes, vagos
 incautos, aliena! Totis ergo vultibus
 medullis exopto vobis, dilectissimi

Adhortatio
 ad custodi-
 am oculor.

oculos in quavis occasione simplici-
 ritate claros, modestiâ humiles, in
 ficatione demissos, semperque vel
 vel soli cælo intentos: aut si curio-
 se libet, in rugosas ac lippientes
 las (certa continentia remedia

Poland in
 Vir. 23.
 Apr. n. 27.

os, prout apud Fr. Ægidium S.
 cisci socium, alius quidam Frater
 riabatur, se licet aspiciendo fecerit
 se sequentem in viâ, omnis tamen
 tationis expertem fuisse, inter
 causam de nullâ habitâ tentatione
 spondit, eò quòd fuerit vetula
 formis. Præclara (scilicet) veritas
 ria! ab ipso etiam B. Ægidio

seriò redarguta.
